MONUMENTA
GERMANIAE

-factus, licet hoc factum [fuerit] contra vo-
luntatem pape, cum consensu et iussu
romanorum quendam ex ordine fratrum
minorum papam novum creavit, quem
nicholaum vocavit. Qui papa per ali-
quod tempus omnia iura papalia
exercuit episcopos statuendo, excommu-
nicando, absolvendo et literas bullando,
ludowicum imperatorem approban-
do, absolvendo et omnia faciendo, que
competunt vero pape. Sed ille error
per paucos annos duravit, quia cum im-
perator a partibus ytalie discederet,
predictus nicholaus, qui gessit se pro
papa, ad veram fidem redeit, gratiam
et absolutionem a papa iohanne im-
plorando. Anno domini mcccxxx cum
papa iohannes per multas aggravati-
ones contra ludowicum processisset
et totam terram imperialem septem an-
nis sub interdicto posuisset, ipse lu-
dowicus, qui vocavit se imperatorem,
tenorum subscriptarum litterarum
domino ulrico, comiti de wirtenberg,
tunc suo advocato in partibus suevie,
destinabat precipiendo, ut omnem cle-
rum suevie artaret et cogeret ad ha-
bendum publice divina contra pro-